opere longum eſt. Quis aūt ſecte cu
iuſlibet auctor ſic eſt in hac demoni=
cola ciuitate approbatus: ut ceteri im
probarentur qui aduerſa ⁊ diuſa ſenſe
rūt? Nonne apud athenas ⁊ epicurei
claruerūt aſſerētes res humanas ad
deoꝝ curā nō ꝑtinē: et ſtoyci qui con=
traria ſentientes eas regi atqꝫ muniri
dijs adiutoribꝰ atqꝫ tutoribꝰ diſputā
bant? Unde miror cur anaxagoras
reus factus ſit quia ſolem eē dixit lapi
dem ardentem negās vtiqꝫ deū cum.
in eadem ciuitate gloria clarueit flo=
ruerit epicurus vixeritqꝫ ſecurus: nō
ſolū ſolem. vel vllum ſiderū deum eē
nō credēs. ſꝫ nec iouē nec vllū deoꝝ
omnino in mūdo habitarē cōtendens:
ad quē preces hoim ſupplicacōeſqꝫ ꝑ
ueniāt. Nonne ibi ariſtippus in volu=
ptate corporis ſummū bonū ponēs. ibi
antiſtenes virtute animi potius hoīem
fieri beatum aſſeuerans. duo philoſo
phi nobiles ⁊ ambo ſocratici in tā di=
uerſis atqꝫ inter ſe contrarijs finibꝰ vite
ſummā locantes. quoꝝ etiam ille fugi
endam iſte adminiſtrādā ſapiēti di=
cebat eē rēpublicā: ad ſuam quiſqꝫ ſe
ctā ſectādā diſcipulos ↄgregabat?
Nempe palam in ↄſpicua ⁊ notiſſima
porticu in gymnaſijs. in hortulis in lo
cis publicis ac priuatis cateruatī ꝓ
ſua quiſqꝫ opinione certabāt. alij aſſe
rētes vnū. alij innumerabiles mūdos.
ipſū autē vnū. alij ortum eſſe. alij vero
inicium nō habere. alij interiturū. alij
ſemper futurū. alij mente diuina alij for
tuitu ⁊ caſibꝰ agi. alij immortales eſſe
aīas. alij mortales: et qui immortales

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alij reuolui in beſtias. alij nequaq̃. qui
vero mortales: alij mox interire poſt
corpus. alij viuere etiã poſtea vel paulo
lum vel diutius. nõ tñ ſemp. alij in cor
pore cõſtituẽtes finẽ boni. alij in animo
alij in vtroq;. alij extriſecus poſita eti
am bona ad aĩam ⁊ corpus adẽdẽtes. alij
ſenſibꝫ corporis ſemp. alij nõ ſemper.
alij nũq̃ putãtes eẽ credẽdũ. Has et
alias pene innumerabiles diſſenſiões
philoſophorũ. quis vnq̃ populus. q̃
ſenatus. q̃ poteſtas vel dignitas pu
blica impie ciuitatis diiudicãdas ⁊ a
lias pbãdas ac recipiẽdas. alias im
pbãdas repudiandasq; curauit: ac
nõ paſſim ſine vllo iudicio cõfuſeq; ha
buit in gremio ſuo tot cõtrouẽſias ho
minũ diſſidẽtiũ. nõ de agris ⁊ domibꝫ
vel q̃cunq; pecuniaria racõne. ſʒ de hiſ
rebꝫ q̃bꝫ ã miſere viuitur. ã btẽ. Vbi
et ſi aliq̃ vera dicebãtur: eadẽ licentia
dicerẽtur ⁊ falſa pfus. vt nõ fruſtra
talis ciuitas miſticũ vocabulum babi
lonis acceperit. Babilon quippe inter
pretatur cõfuſio quod nos iã dixiſſe
meminimus. Nec intereſt diaboli regiſ
eius q̃ cõtrarijs inter ſe rixẽt erroribꝫ:
q̃s merito multe varieq; impietatis pi
ter poſſidet. At vero gẽs illa. ille popu
lus. illa ciuitas. illa reſpublica. illi iſra
helite. quibꝫ credita ſunt eloquia dei.
nullo modo pſeudo pphetas cum veris
pphetis parilitate licentie cõfuderunt
ſʒ concordes inter ſe atq; in nullo diſſen
tientes. ſacrarũ literarũ veraces ab eiſ
agnoſcebãtur ⁊ tenebãtur auctores.
Ipſi eis erant philoſophi. hoc ẽ ama
tores ſapientie. ipſi ſapientes. ipſi the
ologi. ipſi pphete: ipſi doctores pbita
tis atq; pietatis. Quicunq; ſecundum
illos ſapuit ⁊ vixit nõ ſcðm hominem
ſʒ ſcðm deum qui p eos locutus eſt ſa
ſapuit ⁊ vixit. Ibi ſi phibitũ eſt ſacri
legiũ: deus phibuit. Si dictũ ẽ hono
ra patrẽ tuũ ⁊ matrẽ tuam: deus iuſſit

Si dictũ ẽ nõ mechaberis. nõ homici
diũ facies. nõ furaberis. et cetera huiuſ
modi: nõ hec ora hũana. ſʒ oracula di
uina fuderũt. Quicquid philoſophi
quidem inter falſa que opinati ſũt ve
rum videre potuerũt. et laborioſis diſpu
tacõibꝫ pſuadẽ moliti ſunt. q̃ mũ
dũ iſtũ fecerit deus. eũq; ipſẽ p̃uidẽtiſſi
mus adminiſtret. de hõeſtate virtutũ. de a
more patrie. de fide amicicie. de boniſ ope
ribꝫ atq; omnibꝫ ad mores pbos p
tinentibꝫ rebꝫ. quãuis neſcientes ad
quẽ finẽ ⁊ quo nam modo eſſent. iſta
omnia referẽda ſũt ppheticis hoc ẽ di
uinis vocibꝫ: quãuis p homĩes in il
la ciuitate populo cõmẽdata ſũt. non
argumentacõnũ concertacõibꝫ inculca
ta: vt nõ hois ingeniũ. ſʒ dei eloquium
cõtemnẽ formidaret. qui illa cognoſce
ret. Ca. xlij.

Has ſacras lras etiã vnus ptho
lomeorũ regum egipti noſſe ſtuduit
et habere. Nã poſt alexandri macedo
nis qui etiã magnus cognominatus ẽ
mirificentiſſimã minimeq; diuturnam
potentiã qua vniuerſam aſyã immo iã
pene totũ orbẽ. ptim vi ac armis. ptim
terrore ſubegerat. q̃ inter cetera ori
entis etiã iudeã ingreſſus obtinuit:
eo mortuo comites eius cũ regnũ illud
ampliſſimũ nõ pacifice inter ſe poſſeſ
ſuri diuiſiſſent. ſʒ potius diſſipaſſent
bellis omnia vaſtaturi: ptholomeos
reges habere cepit egiptus. Quorũ
p̃mus lagi filius. multos ex iudea ca
ptiuos in egiptũ trãſtulit. Huic autẽ
ſuccedẽs alius ptholomeus q̃ ẽ appel
latus philadelphus. oẽs quos ille
adduxerat ſubiugatos liberos redi
re pmiſit: inſup ⁊ dona regia in tẽpluʒ
dei miſit. petiuitq; ab eleazaro tũc pon
tifice dari ſibi ſcpturas quas pfecto
audierat fama predicante diuinas: et
ideo cõcupierat habere in bibliotheca
quã nobiliſſimã fecerat. Has ei cũ idẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pontifex miſiſſꝫ hebreas · poſt ille etiaꝫ
interpretes poſtulauit · et dati ſũt ſe=
ptuagintaduo de ſingulis duodecim
tribubꝰ ſeni homĩes · lingue vtriuſqꝫ
doctiſſimi · hebree ſcilꝫ atꝫ grece · Quo
rum interpretacõ vt ſeptuagintavo
cetur: iam obtinuit ↄſuetudo. Tradit̃
ſane tã mirabilẽ ac ſtupẽdũ planeqꝫ
diuinũ i eoꝝ v̾bis fuiſſe ↄſenſũ: vt cũ
ad hoc opus ſeparati ſinguli ſederĩt (ita
eni eoꝝ fidẽ ptholomeo regi placuit
explorarẽ) · in nullo v̾bo quod idẽ ſi=
gnificaret ⁊ tantũdem valẽt · vel in v̾bo
rum ordine alter ab altero diſcrepa=
ret: ſꝫ tanq̃ ſi vnus eſſet interpres · ita
quod oĩs interpretati ſũt · vnũ erat:
qm̃ reuera ſpũs erat vnus in omnibꝰ.
Et ideo tam mirabile dei munus accepe
rant: vt illaꝝ ſcp̃turaꝝ non tanq̃ hũa
naꝝ · ſꝫ ſicut erãt tanq̃ diuinaꝝ etiam
iſto modo ↄmendaretur auctoritas ·
credituris q̃nqꝫ gentibus profutura.

Quod iam videmus effectũ.
Nam cũ fuerint ⁊ alij ¶ Ca · xliij ·
interpretes qui ex hebrea lingua in
grecã ſacra illa eloquia tranſtulerĩt · ſi=
cut aq̃la ſymmachus theodotion: ſiẽ
etiam illa eſt interp̃tacõ cuius auctor
nõ apparet · et ob hoc ſine noĩe interp̃
tis quinta edicõ nũcupatur: hanc tñ
que ſeptuaginta ẽ tanq̃ ſola eſſet: ſic
recepit eccleſia: eaqꝫ vtuntur greci po
puli criſtiani · quoꝝ pleriqꝫ vtrũ alia
ſit aliqua ignorãt. Ex hac ſeptuagin=
ta interp̃tacõe etiã i latinã linguã in=
terp̃tatũ ẽ · qđ eccleſie latine tenẽt: q̃
uis non defuerit tẽporibꝰ noſtris pre
ſbiter iheronimus homo doctiſſimus
et omniũ trium linguaꝝ peritus · qui
nõ ex greco ſed ex hebreo in latinum
eloquiũ eaſdẽ ſcripturas ↄuerterit. Sꝫ
eius tanti litteraꝝ laborem quãuis iudei
fateantur eſſe veracẽ ſeptuaginta vero
interpretes in multis erraſſe ↄtendãt:
tñ eccĩe criſti tot hominũ auctoritati

ab eleazaro tũc pontifice ad hoc tantũ
opus electoꝝ · neminẽ iudicãt prefe
rendũ: q̃ ⁊ ſi nõ eis vnus appariuiſſet
ſpũs ſine dubitacõne diuinus · ſed in=
ter ſe v̾ba interpretacõnis ſue ſeptu
aginta docti more hominũ ↄtuliſſent ·
vt qđ placuiſſet oĩbꝰ hoc maneret:
nullus eis vnus interpres debuit an=
tepom. Cum vero tñ in eis ſignũ diui
nitatis apparuit · p̃fecto quiſquis ali
us illaꝝ ſcripturaꝝ ex hebrea in quã=
libet aliã linguam interpres eſt verax
ↄgruit illis ſeptuaginta interp̃ti
bus: aut ſi non ↄgruere videtur: alti
tudo ibi p̃phetica ẽẽ credẽda ẽ. Spi
ritus eni q̃ i p̃phetis erat q̃n illa dixe
rũt idem ipſe erat etiã in ſeptuaginta
viris · q̃n illa interpretati ſũt. Qui p̃
fecto autoritate diuina ⁊ aliud dicere
potuit tanq̃ p̃pheta ille vtrũqꝫ dixiſſꝫ ·
q̃ vtrũqꝫ idem ſpũs dicẽt · et hoc ipſũ
aliter · ut ſi nõ eadem v̾ba · idẽ tñ ſen
ſus bene intelligentibus dilucereſceret:
et aliq̃d pretermittere ⁊ aliq̃d adde
re: vt etiã hinc oſtẽdẽtur nõ humanã
fuiſſe in illo opere ſeruitutẽ · quã v̾bis di
cebat interpres · ſꝫ diuinã potius pote
ſtatem q̃ mẽtẽ replebat ⁊ regebat in
terp̃tis. Nõnulli autẽ codices grecos
interp̃tacõnis ſeptuaginta ex hebre=
is codicibꝰ emẽdãdos putarũt: nec
tñ auſi ſunt detrahẽ quod hebrei non
hebãt · et ſeptuaginta poſuerũt · ſꝫ tm̃mo
do addiderunt que in hebreis inuẽta ·
apud ſeptuaginta nõ erãt · eaqꝫ ſignis
quibuſdam in ſtellaꝝ modum factis
ad capita eorundem v̾ſuum notaue=
runt · que ſigna aſteriſcos vocant. Il=
la vero q̃ nõ habẽt hebrei · habent aũt
ſeptuaginta: ſimiliter ad capita v̾ſu=
um iacentibꝰ v̾gulis ſicut ſcribũtur vncie ſi
gnauerunt. Et multi codices has no
tas habentes vſqꝫquaqꝫ diffuſi ſunt
et latini. Que autem nõ p̃termiſſa vel
addita ſꝫ aliter dcã ſũt · ſiue aliũ ſenſũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

faciunt etiam ipſum nõ abhorrentem
ſiue alio modo eundẽ ſenſum explicaẽ
monſtrẽtur: niſi utriſq; codicib⁹ inſpe
ctiſ neq̃ant reperiri. Si ergo vt opor
tet nichil aliud intueamur in ſcriptu=
ris illis niſi q̊d p̄ homines dixerit dei
ſpiritus: q̃cq̃d ẽ in hebreis codicibuſ
et nõ ẽ apd̄ interp̄tes ſeptuagita: no
luit ea p̄ iſtos ſed p̄ illos ꝓphetas dei
ſpũs dicẽ. Quicquid vero ẽ apud ſe=
ptuaginta. in hebreis autẽ codicibuſ
nõ ẽ: p̄ iſtos ea maluit. q̄ p̄ illos idem
ſpũs dicẽ: ſic oſtẽdens vtroſq; fuiſſe
ꝓphetaſ. Iſto enĩ mõ alia p̄ yſayã alia
p̄ iheremiã alia p̄ aliũ aliũq; ꝓphetã: vel
aliter eadẽ p̄ hũc ac p̄ illũ dixit vt vo
luit. Quicq̃d porro apud vtroſq; in=
uenitur. per vtroſq; dicẽ voluit vnus
atq; idẽ ſpũs. ſ; ita vt illi p̄cederent
prophetãdo. iſti ſequentur ꝓphetice il
los interp̄tãdo: q2 ſic in illis vera ⁊ cõ
cordãtia dicentib⁹ vnus pacis ſpũs
fuit: ſic ⁊ in iſtis nõ ſecũ cõferẽtibus. et
tñ tãq̄ vno ore cũcta interpretãtib⁹.
idem ſpũs vnus apparuit.

S Ed ait aliquis. ¶ Ca. xliij.

Quõ ſciam quid ionas ꝓpha dixerit
niniuitis. utrũ triduũ ⁊ niniue euẽtẽtur
an quadraginta dies? Quis enĩ non
videat non potuiſſe vtrunq; tũc dici a
propheta qui miſſus fuerat terrẽ com
minatione imminentis exitus ciuita=
tem? Cui ſi tercio die fuerat futurus in
teritus: non vtiq; quadrageſimo di=
e. Si autẽ quadrageſimo: non vtiq;
tercio. Si ergo a me queritur quid ho
rũ ionas dixerit: hoc puto potius q̊d
legitur in hebreo quadraginta dies
et niniue euẽtetur. Septuaginta quip
pe longe poſteriuſ interpretati aliud
dicere potuerunt quod tñ ad rem per
tinẽt et in vnũ eundemq; ſenſum. quã
uis ſub altera ſignificatiõe occurreret: ad=
monẽtq; lectorẽ vtraq; auctate non
ſpreta ab hiſtoria ſeſe attollere. ad ea
requirenda ꝓpter que ſignificãda hi
ſtoria ipa cõſcripta ẽ. Geſta ſũt quip=
pe illa in niniue ciuitate: ſ; aliquid etiã
ſignificauerũt q̊d modũ illius ciuitatiſ
excedat: ſicut geſtum eſt. q̄ ipſe ꝓphe
ta in ventre ceti triduo fuit. et tñ aliũ
ſignificauit in ꝓfundo inferni triduo
futurũ. q̊ dominus eſt omniũ prophe=
tarũ. Quapropter ſi p̄ illam ciuitatẽ
recte accipitur eccleſia gentium. pro
phetice figurata. euerſa ſcilic; p̄ peni=
tentiã. vt qualis fuerat iam nõ eſſet:
hoc qm̃ p̄ xp̄m fcm̃ ẽ in eccleſia genti
um. cuius illa niniue figurã gerebat:
ſiue p̄ quadraginta dieſ. ſiue p̄ tridu
um. idem ipſe ſignificatus ẽ xp̄us. p̄
quaſeraginta ſc; q2 tot dies pegit cũ
diſcipulis ſuis poſt reſurrectionẽ. et
aſcendit in celum: p̄ triduũ vero quia
die tercio reſurrexit. tãquã lectorem ni
chil aliud q̄ hiſtorie rerũ geſtarũ in
herẽ cupientẽ: de ſomno excitauerint
ſeptuaginta interp̄tes idẽq; prophe
te. ad p̄ſcrutãdã altitudinẽ prophe=
tie. et quodammodo dixerit. in qua=
dragita dieb⁹ ipſum quere in quo et
triduũ poteris inuenire: illud in aſcen
ſione. hoc in eius reſurrectõne reperi
es. Propter quod vtroq; numero ſi
gnificari conuenientiſſime potuit. quorũ
vnũ p̄ ionã prophetã. alterũ p̄ ſeptu=
aginta interpretũ prophetiã: tñ vn⁹
atq; idem ſpũs dixit. Longitudinem
fugio: vt nõ hec p̄ multa demonſtrẽ
in quib⁹ ab hebrayca veritate putãtur
ſeptuaginta interpretes diſcrepare:
et bene intellecti inueniuntur eſſe con
cordes. Vnde etiam ego p̄ meo mo=
dulo veſtigia ſeq̃ns apoſtolorũ. q2 et
ipſi ex vtriſq; id eſt ex hebreis. et ex
ſeptuagita teſtimonia prophetica po
ſuerũt: utraq; auctoritate vtẽdũ pu=
taui. q̄ vtraq; vna atq; diuina ẽ. Sꝫ
iã q̊ reſtãt vt poſſumus exeq̃mur.

P Oſtea q̄ gẽs iudea ¶ Ca. xlv.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cepit nō habere prophetas. ꝓcul du
bio deterioꝛ facta eſt: eo ſcilicʒ tempo
re quo ſe ſperabat inſtaurato templo
poſt captiuitatē que fuit in babiloīa
futurū eſſe melioꝛem. Sic quippe intel
ligebat populus ille carnalis qđ pre
nunciatū eſt p aggeum prophetā di=
centē. Magna erit gloria domus iſti9
nouiſſime: pluſq̄ prime. Nō de nouo
teſtamento dictum eſſe paulo ſuperi
us demonſtrauit. vbi ait apte criſtuʒ
ꝓmittens: et mouebo inquit omēs gē
tes: et veniet deſideratus cūctis gēti=
bus. Quo loco ſeptuaginta interp̄=
tes aliū ſenſū magis coꝛpori q̄ capiti
hoc ē magis eccleſie q̄ xp̄o conuenīētē.
prophetica auctoꝛitate dixerūt. Ve=
nient q̄ electi ſūt domini de cūctis gēti=
bus id ē homines de quibꝰ ipſe ihesus
in euangelio. multi inquit vocati: pau
ci vero electi. Talibꝰ enī electis gētiū. do
mus edificatur dei p teſtamētū nouuʒ
lapidibꝰ viuis. lōge glorioſioꝛ q̄ tē=
plū illud fuit qđ a rege ſalomone cō
ſtructum ē. et poſt captiuitatē inſtau
ratū. Propter hoc ergo nec prophaſ
ex illo tēpore habuit illa gēſ. et multiſ
cladibꝰ afflicta ē ab alienigenis re=
gibuſ ipſiſq; romanis ne hanc aggei
prophetiam in illa inſtauracōne tēpli
opinaretur impletā. Nō multo poſt enī
adueniente alexādro ſbiugata ē. qñ
et ſi nulla ē facta vaſtacō quoniā nō
ſunt ei auſi reſiſtē. et ideo placatū faci
lime ſbditi receperīt: nō erat tñ gloria
tāta domus illius: quāta fuit in ſuoꝝ
reguʒ libera poteſtate. Hoſtias ſane
alexander imolauit in dei templo. nō
ad eius cultū vera pietate cōuerſus: ſʒ im=
pia vanitate cū diis eum falſis colen=
dum putans. Deinde ptholomeus la
gi filius qđ ſupra memoraui. poſt ale
xandri moꝛtem captiuos inde in egi
ptū tranſtulit. q̄s eius ſucceſſoꝛ ptho=
lomeus philadelphus beniuolentiſ=
ſime inde dimiſit: p quē factū ē quod
paulo ante narraui: vt ſeptuaginta
interpretū ſcripturas haberemuſ. De
inde contriti ſunt bellis: q̄ in machabeo=
rū explicāt libris. Poſt hec capti a re
ge alexandrie ptholomeo qui eſt ap
pellatus ephiphanes. inde ab anthi
ocho rege ſyrie multis ⁊ grauiſſimiſ ma
liſ ad idola colēda cōpulſi tēplūq; ipm
repletū ſacrilegis ſupſticōibꝰ gētiū
qđ tñ dux eoꝝ ſtrenuiſſimus iudas
q̄ etiaʒ machabeus dcūs ē anthiochi
ducibꝰ pulſis. ab oī illa idolatrie cō=
taminacōne mundauit. Nō autē mul
to poſt alchimuſ quidā p ambicōʒ cū
a gñe ſacerdotali eſſʒ alienus: qđ ne
phas erat pontifex fcūs eſt. Hinc iā
poſt annos ferme quinquaginta. in
quibꝰ eis tñ pax nō fuit. quāuis aliq̄
et pſpere geſſerint: p̄mus apud eos
ariſtobolus aſſumpto dyademate. et
rex ⁊ pōtifex fcūs ē. Antea quippe ex
quo de babiloīe captiuitate reuſi ſūt
templumq; inſtauratū eſt: nō reges
ſʒ duces vel principes habuerūt: quā
uis ⁊ qui rex ē poſſit dici princeps a
pncipatu imperādi. et dux eo q̄ ſit du
ctoꝛ exercitus: ſʒ nō cōtinuo quicunq;
principes. vel duces ſunt etiam. regeſ
dici poſſunt: qđ iſte ariſtobolus fuit.
Cui ſucceſſit alexāder etiam ipſe rex
et pōtifex. q̄ crudeliter in ſuos regnaſ
ſe traditur. Poſt hūc vxoꝛ eiuſ alexā
dra regina iudeoꝝ fuit: ex cuius tem
poꝛe deinceps mala ſūt eos ſecuta g̃=
uioꝛa. Filii quippe huiuſ alexādre ari
ſtobolus ⁊ hyrcanus inter ſe de impe
rio dimicātes. vires aduſus iſrahelitī
cam gētem ꝓuocauē romanaſ. Hyrca
nus nanq; ab eis cōtra fratrē popoſcit
auxilium. Tūc iam roma ſubiugaue=
rat africā ſubiugauerat greciam. la=
teq; etiam aliis oꝛbis ptibꝰ imperanſ.
tāq̄ ſeipſam non valens ferre. ſua ſe
quodamodo magnitudīe fregerat.

ꝓuenerat quippe ad ſediciões dome
ſticas graues. atq; inde ad bella ſoci
alia. moxq; ciuilia: tm̄q; ſe comminu-
erat ⁊ attriuerat: ut ei mutandus erat
reipublice ſtatuſ. quo regētur regibꝫ
imminēt. Pōpeius ergo populi roma
ni ꝑclariſſimus princeps iudeā cū ex
ercitu ingreſſus ciuitatē capit. tēpluz
reſerat non deuotione ſupplicis ſ; iure
victoris: et ad ſancta ſanctoꝝ q̊ niſi
ſummū ſacerdotē nō licebat intraē nō
ut venerator ſ; vt ꝓphanator accedit.
Confirmatoq; hyrcam pontificatu. et
ſubiugate gēti impoſito cuſtode an-
tipatro. quos tunc ꝓcuratores voca-
bant vinctum ſecum ariſtobolū ducit
Ex illo iudei etiam tributarij romano
rum eſſe ceperunt. Poſtea caſſius etiā
templuz expoliauit. Deinde poſt pau
cos annos etiam herodē alienigenā
regē habere meruerūt: quo regnante
natus eſt xp̄us. Jam enī venerat ple-
nitudo temporis ſignificata ꝓphetico
ſpiritu ꝑ os patriarche iacob vbi ait.
nō deficiet princeps ex iuda neq; dux
de femoribꝫ eius donec veniat cui repo
ſitum ē: et ipſe erit exſpectacō gentiū.
Nō ergo deſunt iudeoꝝ princeps ex
iudeis: vſq; ad iſtū herodē quē ꝑmū
acceperunt alienigenā regē. Tp̄us
ergo iam erat ut veniret ille cui repo
ſitum erat. quod nouo ꝓmiſſum eſt te
ſtamēto: vt ipſe eēt exſpectacō genti
um. Fieri autē non poſſet vt exſpecta-
rent eum gētes venturū ſicut eū cerni
mus exſpectari vt veniat ad faciēduz
iudiciū in claritate potentie: niſi priuſ
in eum credēnt cū venit ad patiēdum
iudiciū in humilitate patiētie.

REgnante ergo herode in iudea
apud romanos autē immutato reipu
blice ſtatu. imperāte ceſare auguſto
et ꝑ eum orbe pacato natus ē xp̄us ſe
cūduz ꝓcedētē ꝓphetiam i bethlehem
iude: homo manifeſtus ex homine vgi
ne: deus occultus ex deo p̄re. Sic enī
ꝓpheta ꝓdixerat. Ecce vgo concipi
et i vtero ⁊ pariet filiū: et vocabit̄ no-
men eius emanuel: qd̄ ē interpretatū
nobiſcū deus. Qui vt in ſe cōmendaret
deum miracula multa fecit: ex quibus
deum quātū ad eum ꝑdicādū ſatis eſt
ſe viſum ē ſcriptura euāgelica cōtinet.
Quoꝝ ꝑmū eſt q tam mirabiliter na
tus ē: vltimū aūt q cū ſuo reſuſcita
to a mortuis corpe aſcēdit in celū. Ju
dei autē qui eū occiderūt. et in eū cre-
dere noluerūt. quia opoꝛtebat eū mori
et reſurgē. vaſtati infelicius a roma-
nis funditusq; a ſuo regno vbi iā eis
alienigene dominabātur eradicati di-
ſperſiq; ꝑ terras. quādoquidem vbi
q; nō deſunt. ꝑ ſcripturas ſuas teſtio
nio nobis ſunt. ꝓphetias nos non fin-
xiſſe de xp̄o: quas plurimi eoꝝ conſi-
derātes. et ante paſſionē. et maxime
poſt eius reſurrectōnez crediderunt
in eum: de quibꝫ ꝑdcm̄ eſt. Si fuerit
numerus filioꝝ iſrahel ſicut arena ma
ris: reliquie ſalue fient. Ceteri vero ex
cecati ſunt: de qbꝫ ꝑdictū eſt. Fiat mē
ſa eoꝝ corā ipſis in laqueū: in retribu-
cōnē ⁊ ſcandalū. Obſcurētur oculi eo
rum ne videant: et dorſum eoꝝ ſemꝑ
incurua. Proinde cum ſcripturis nr̄is
nō credunt. complentur in eis ſue q̄s
ceci legūt: niſi forte quis dixerit illas
ꝓphetias xp̄ianos finxiſſe de criſto: q̄
ſibille nomine ꝓferūtur. vel alioꝝ ſi q
ſunt que nō ꝑtinent ad populū iude-
oꝝ. Nob quidē ille ſufficiunt. q̄ de no
ſtroꝝ inimicoꝝ codicibꝫ ꝓferuntur:
quos agnoſcimus ꝓpter hoc teſtimo
niū quod nobis inuiti ꝑhibent eoſdē
codiceſ habendo atq; ſeruando. ꝑ omſ
gentes etiā ipſos diſꝑſos. quaq̄ vſuz
criſti eccleſia dilatatur. Nā ꝓphetia in
pſalmis quos legunt etiā de hac re ꝓ
miſſa ē. vbi ſcriptū ē. Deus meus miſe
ricordia eius ꝑueniet me. Deus meꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

demōſtrauit michi in inimicis meiſ: ne
occideris eos nequādo obliuiſcantur
legē tuam: diſperge illos in v̓tute tua
Demonſtrauit ergo deus eccleſie in e
ius inimicis iudeis gratiam miſericor
die ſue: quoniā ſicut dicit apoſtolus.
delictū illoꝝ ſalus ē gētibus. Et ideo
nō eos occidit id ē non in eis ꝑdidit
ꝙ ſunt iudei. q̄ꝙ a romaniſ fuerint de
uicti ⁊ oppreſſi ne obliti legem dei. ad
hoc de quo agimus teſtimoniū nichil
valerent. Ideo parum fuit vt diceret ne
occideris eos nequando obliuiſcātur
legē tuam. niſi adderet etiam diſperge
illos: quoniam ſi cum iſto teſtimonio
ſcripturaꝝ in ſua tm̄mō terra nō vbi-
q̄ eſſent: ꝓfecto eccl̄ia q̄ vbiq̄ ē. eos
ꝓphetiaꝝ q̄ de criſto ꝑmiſſe ſūt teſteſ
in omnib⁹ gētib⁹ habere nō poſſet.

QUapropter quiſ ¶ Ca. xl vij.
quis alienigena id ē nō ex iſra-
hel ꝓgenitus. nec ab illo populo in ca
none ſacraꝝ litraꝝ receptus legitur a-
liquid ꝓphetaſſe de criſto. ſi in noſtrā
noticiam venit aut venerit. ad cumulū
a nob̄ commemorari poteſt. non quo
neceſſarius ſit etiam ſi deſit: ſed quia nō
incongrue creditur fuiſſe ⁊ in alijs gē
tibus homines quib⁹ hoc miſteriū re-
uelatū ē: et qui hoc etiam ꝑdicē impul
ſi ſunt. ſiue ꝑticipes eiuſdē gratie fue-
rint ſiue expertes. ſed ꝑ malos angeloſ
docti ſunt: quos etiā ꝑſentē criſtum
quē iudei nō agnoſcebant ſciimus fu
iſſe confeſſoſ. Nec ipſos iudeos exiſti
mo audē cōtēdē neminē ptinuiſſe ad
deum ꝑter iſrahelitas ex quo propa-
go iſrahel eſſe cepit. reprobato eius
fratre maiore: populus enī reuera qui
ꝓprie dei populus dicētur. nullus ali-
us fuit. Homines autē quoſdā non
terrena. ſed celeſti ſocietate ad veros
iſrahelitas ſupne ciues patrie ptinen
tes etiā in alijs gentib⁹ fuiſſe negare
nō poſſunt: quoniā ſi negāt. facillime
conuincūtur. de ſancto ⁊ mirabili viro
iob. qui nec indigena nec ꝓſelitus id
ē aduena populi iſrahel fuit: ſed ex gē-
te ydumea genus ducens. ibi ortus.
ibidē mortuus ē: qui diuino ſic lauda
tur eloquio vt q̄d ad iuſticiam pieta
tem attinet nullus ei homo ſuoꝝ tē-
poꝝ coequetur. Que tempora eiuſ q̄
uis nō inueniamus in cronicis. colli
gimus tn̄ ex libro eius quē ſui meri
to iſrahelite in auctoritatē canonicam
receperūt: tercia generacōne poſteriorē
fuiſſe q̄ iſrl̄. Diuinitus autē ꝓuiſū fuiſ
ſe nō dubito. vt ex hoc non ſciremus
etiam ꝑ alias gētes eſſe potuiſſe. q̄ ſe-
cundū deum vixerunt. eiq̄ placuerūt.
ꝑtinentes ad ſpūalem iheruſalē. Quod
nemini conceſſum fuiſſe credēdū ē. niſi cui
diuinitus reuelatus ē vnuſ mediator dei
et hoīm homo criſtus iheſus. q̄ venturus in
carne. ſic antiq̄s ſcīs ꝑnūciabatur quē
admodū nobis veniſſe nunciatus ē:
ut vna eademq̄ ꝑ ipſum fides omneſ
in dei ciuitatē. in domū dei. in dei tēplū
ꝑdeſtinatos ꝑducat ad deū. Sed quicun
q̄ aliorū ꝓphetie de dei ꝑ xp̄m iheſum
gratia ꝓferuntur. poſſunt putari a cri
ſtianis eſſe conficte. Ideo nichil ē fir
mius ad vincendos quoſlibet alie-
nos ſi de hac re contenderint. noſtroſ-
q̄ faciendos ſi rectē ſapuerint. q̄ vt di-
uina predicā de xp̄o ea ꝓferantur q̄ in
iudeoꝝ ſcripta ſunt codicib⁹: quibuſ
auulſis de ſedib⁹ proprijſ. et propter
hoc teſtimoniū toto orbe diſperſis: cri
ſti vſq̄quaq̄ creuit eccleſia

HEc domus dei ma ¶ Ca. xl viij.
ioris ē glie: q̄ fuerat illa ꝑma lignis
et lapidib⁹ ceteriſq̄ ꝑcioſis reb⁹ me-
talliſq̄ cōſtructa. Nō itaq̄ aggei pro
phetia in templi illius inſtauratione
completa ē. Ex quo enī ē inſtauratū.
nunq̄ oſtenditur habuiſſe tātā glo
riam quātā habuit tēpore ſalomonſ:
imo potius oſtēditur ꝑmū ceſſacōne

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝓphetie fuiſſe domus illius gloriã di-
minutã: deinde ipſius gẽtis cladibus
tãtis uſqȝ ad vltimũ exciduũ qȝ factũ
eſt a romanis. ſicut ea q̃ ſupra ſũt cõ-
memorata teſtãtur. Hec autẽ domus
ad nouũ ptinẽs teſtamentũ tãto vti-
qȝ maioris ẽ glorie: q̃nto melioris ſũt
lapides viui quibȝ credẽtibus reno
uatiſqȝ cõſtruit᷑. Sȝ ideo p inſtauracõȝ
tẽpli illius ſignificata ẽ: qȝ ipa reno-
uacõ illius edificij ſignificat eloquio
ꝓphetico alterũ teſtamentũ qȝ appel-
latur nouũ. Q̃d ergo deus dixit p me-
moratũ ꝓphetã. et dabo pacem in loco
iſto. p ſignificantẽ locũ ille q̃ eo ſigni
ficatur intelligẽdus ẽ: ut quia illo lo-
co inſtaurato ſignificata ẽ eccleſia q̃
fuerat edificanda p xp̃m. nichil aliud
accipiat᷑ qȝ dictũ eſt. dabo pacẽ i lo-
co iſto. niſi dabo pacẽ in loco quẽ ſi-
gnificat locus iſte: q̃n om̃ia ſignificã-
tia videntur quodãmõ earũ rerũ quas
ſignificãt ſuſtinẽ pſonas. ſicut dictũ
eſt ab apoſtolo. petra erat xp̃us: quo-
niã petra illa de q̃ hoc dictũ eſt. ſigni-
ficabat xp̃m. Maior ẽ itaqȝ gloria do-
mus illius noui teſtamẽti. q̃ domus
prioris veteris teſtamẽti: et tũc appa-
rebit maior cũ dedicabitur. Tũc enim
veniet deſideratus cũctis gentibȝ: ſic
legit᷑ in hebreo. Nã prior eius aduẽ-
tus nondũ erat deſideratus om̃ibus
gentibus. Non enim quẽ deberẽt deſi
derare ſciebãt in quẽ nondũ credide-
rant. Tunc etiã ſcd̃m ſeptuaginta in-
terp̃tes. qȝ et ipe ꝓpheticus ſenſus ẽ
venient que electa ſũt dñi de cunctis
gentibȝ. Tunc enim vere non venient
niſi electa de quibȝ dicit apoſtolus: ſi
cut elegit nos in ipo ante mũdi cõſti-
tucõnem. Ipſe quippe architectus
qui dixit multi ſunt vocati pauci vero
electi. nõ de hijs qui vocati venerunt
ſic ut de conuiuio pjicerẽtur: ſed de ele
ctis demõſtraturus eſt edificatã do-
mũ: que nullã ruinã deinceps formi-
dabit. Nunc autẽ quãdo et hij replẽt
eccleſias quos tanq̃ in area ventila-
cõ ſeparabit. non apparet tanta glo-
ria domus huius quanta tũc appare-
bit: quando quiſquis ibi erit. ſemper
erit. ¶ Ca. xlix.

In hoc ergo ſeculo maligno i hijs
diebus malis vbi p humilitatẽ pre-
ſentẽ futurã cõparat eccleſie celſitudi-
nẽ. et timorũ ſtimulis. dolorũ tormen-
tis. laborũ moleſtijs. tẽptacõnũ peri-
culis eruditur. ſola ſpe gaudẽs quo-
niã ſanũ gaudet. multi reprobi miſ-
centur bonis: et vtriqȝ tanquã in ſage
nam euãgelicã colliguntur. et in hoc
mũdo tanq̃ in mari vtriqȝ incluſi re-
tibus indiſcrete natãt. donec puenia-
tur ad litus vbi mali ſegregentur a
bonis. et in bonis tanq̃ in templo ſuo
ſit deus om̃ia in om̃ibȝ. Proinde vo-
cem nunc agnoſcimus eius impleri.
qui loquebatur in pſalmo atqȝ dice-
bat. Annũciaui et locutus ſum: multi-
plicati ſunt ſup numerũ. Hoc fit nũc.
ex quo p̃mũ p os precurſoris ſui io-
hannis. deinde per os ꝓpriũ anũcia
uit. et locutus eſt dicens. Agite peni-
tentiã: appropinquabit enim regnũ
celorũ. Elegit diſcipulos quos et apo-
ſtolos noiauit. humiliter natos. in-
honoratos. illiteratos. ut quicq̃d ma
gnũ eſſet et facerent: ipe in eis eſſet et
faceret. Habuit inter eos vnum. quo
malo vtens bene. et ſue paſſionis im-
pleret diſpoſitum: et eccleſie ſue tole-
randorũ malorum p̃beret exemplum.
Seminato quantũ p eius oportebat
p̃ſentiã corpalẽ ſancto euãgelio. paſ-
ſus eſt. mortuus eſt. reſurrexit: paſſio
ne oſtendens quid ſuſtinere p veri-
tate. reſurrectõne. quid ſperare in e-
ternitate debeamus: excepta altitudi
ne ſacramenti q̃ ſanguis eius i remiſ-
ſionẽ fuſus ẽ peccatorȝ. Cõuerſatus ẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in terra quadraginta dies cū diſcipu-
lis ſuis atqꝫ ipſis videntibꝫ aſcendit
in celum: et poſt dieſ decem miſit ꝓmiſ
ſū ſpm̄ ſanctū. Cuius venientis in eos
qui crediderant. tūc ſignū erat maxi
mū ⁊ maxīe neceſſariū. vt vnuſquiſqꝫ
eoꝝ linguis omniū gētiū loquētur:
ita ſignificans vnitatē catholice eccle-
ſie ꝑ oīes gentes futurā: ac ſic liguiſ
omnibꝫ locuturā. ¶ Ca. i.

Deinde ſecūdū illā ꝓphetiam. ex
ſyon lex ꝓdiet. et v̄bum domini ex ihe
ruſalē. et ſecūdū ipſius domini xp̄i p̄
dc̄a vbi poſt reſurrectōnē ſtupentibꝫ
eū diſcipulis ſuis aperuit ſenſū. vt in
telligēnt ſcripturas. et dixit eis. quo-
niam ſic ſcriptū eſt ⁊ ſic oportebat cri
ſtū pati ⁊ reſurgē a mortuis tercīo die
et p̄dicari in noīe eius penitēciā et re
miſſiōꝫ pcc̄oꝝ ꝑ oīes gētes incipiē
tibꝫ ab iheruſalē: et vbi rurſus eis de
aduentu eius nouiſſimo requirentibꝫ
reſpōdit atqꝫ ait. Nō eſt veſtrum ſcire
tempora vel momēta q̄ pater poſuit in
ſua ptāte. ſꝫ accipietis v̄tutē ſpūs ſan
cti ſupuenientis in vos ⁊ eritis michi te
ſtes in iheruſalē ⁊ in totā iudeā ⁊ ſama
riam. et vſqꝫ in fines terre. Primū ſe
ab iheruſalē diffudit ecclesia. Et cū
in iudea atqꝫ ſamaria plurimi credi-
diſſent. et in alias gentes itum ē: eis
annunciantibꝫ euangelium quos ip-
ſe ſicut luminaria. et aptauerat v̄bo
et accēdebat ſpiritu ſcō. Dixerat enim
eis. Nolite timē eos qui corpus occi
dunt animam autē nō poſſunt occidē
Qui vt frigidi timore non eēnt: igne
caritatis ardebāt. Deniqꝫ nō ſolum ꝑ
ipſos qui eum ⁊ an̄ paſſionē audierāt
et poſt reſurrectōꝫ viderāt: verū etiam
et poſt obitū eoꝝ ꝑ poſteros eoꝝ in-
ter horrendas pſecucōnes. et varios
cruciatus ac funera martirum. predi
catū ē toto orbe euangeliū. cō teſtante
deo ſignis ⁊ oſtentis ⁊ varijs v̄tutibꝫ
et ſpūs ſcī muneribꝫ. ut populi gentiū
credētes in eum qui ꝓ eoꝝ redēpcō-
ne crucifixus eſt: criſtiano amore ve-
nerarentur ſanguinē martirum quem
dyabolico furore fuderunt. ipſiqꝫ re
ges quoꝝ legibus vaſtabatur eccle
ſia ei nomini ſalubriter ſubderentur.
qō de terra crudeliter auferre conati
ſunt: et falſos deos inciperent pſequi
quoꝝ cauſa cultores dei veri fuerant
antea pſecuti. ¶ Ca. ii.

Videns autē dyabolus templa
demonū deſeri. et in nomine liberantis
mediatoris currē genus humanū. he
reticos mouit qui ſub vocabulo xp̄ia
no doctrine reſiſtēnt xp̄iane: ꝗ ſi poſ-
ſent indifferenter ſine vlla corrupcō
ne haberi in ciuitate dei: ſicut ciuitas
cōfuſionis indifferēter habuit philo
ſophos inter ſe diuerſa ⁊ adūſa ſentiē
tes. Qui ergo in eccīa xp̄i morbiduꝫ
aliquid prauūqꝫ ſapiūt. ſi correpti vt
ſanum rectūqꝫ ſapiāt reſiſtūt contuma-
citer. ſuaqꝫ peſtifera ⁊ mortifera dog̃ta
emendaē nolūt ſꝫ defenſaē pſiſtūt. he
retici fiūt: et foraſ exeuntes habētur in
exercentibꝫ inimicis: etiā ſic quippe ve
ris illis catholicis membris xp̄i malo
ſuo pſūt dum deus vtitur ⁊ malis be
ne. et diligentibꝫ eū omnia coopant̄
in bonū. Inimici enī oīs ecclesie. quo
libet errore cecentur vel malicia depra
uentur ſi accipiūt ptāte corporaliter
affligēdi exercent eius patientiam: ſi
tm̄mō male ſentiēdo adūſantur. exer
cent eius ſapientiā: ut autē etiam ini-
mici diligātur. exercent eius beniuo
lenciā. aut etiā beneficētiam: ſiue ſuadi
bile doctrina cū eis agatur ſiue terri-
bili diſciplia. Ac ꝑ hoc dyabolus prin-
ceps impie ciuitatis adūſus peregri
nātē ī hoc mūdo ciuitatē dei vaſa pro
pria commouendo nichil ei nocere ꝑ
mittitur: cui ꝑ culdubio ⁊ rebꝫ pſperis
conſolacō vt nō frangatur adūſis. et

rebus aduerſis exercitacō ut nō cor-
rūpatur pſperis: p diuinā puidētiā
pcurat̄ atq; ita tēperatur vtrūq; ab
alterutro ut i pſalmo illā vocē nō ali-
unde agnoſcamus exortā. Scd̄m mul
titudinē dolorū meorū i corde meo cō
ſolacōes tue iocūdauert̄ animā meā.
Hinc eſt et illud apli. Spe gaudētes
in tribulacōe paciētes. Nā et id qd̄ ait
idē doctor. quicūq; volūt i xp̄o pie vi
uere. pſecucōēs paciūtur. nullis putā-
dū eſt deeſſe poſſe tēporibꝰ: q2 et cū ab
eis q̄ foris ſūt nō ſeuiētibꝰ videt̄ eſſe
trāquillitas. et reuera ē. plurimūq; cō
ſolacōis affert maxīe infirmis: nō tn̄
deſūt imo multi ſūt intus q̄ corda pie
viuentiū ſuis pditis moribꝰ cruciāt.
qm̄ p eos blaſphematur xp̄ianū et ca-
tholicū nomē. Quāto carius ē eis
qui volūt pie viuere in xp̄o: tanto ma
gis dolēt qd̄ p malos intus poſitos fit
ut minus q̄ꝫ piorū mentes deſiderant
diligat̄. Ipi q; heretici cū cogitantur
habē nomē et ſacramēta xp̄iana et ſcp̄
turas et pfeſſionē. magnū dolorē faci
ūt i cordibꝰ piorū: q2 et multi volētes
eſſe xp̄iani ꝓpter eoꝝ diſſenſiones he
ſitaē cogūtur. Et multi maledici etiā
in hijs inueniūt materiā blaſpemādi
xp̄ianū nomē: q2 et ipi quoquomodo
xp̄iani appellātur. Hijs atq; huiuſ-
modi puis moribꝰ et erroribꝰ hoīm. p-
ſecucōēs paciūtur qui volūt in xp̄o pie
viuē: etiā nullo infeſtāte neq; vexante
corpus illoꝝ. Paciūtur quippe hanc
pſecucōēs nō i corporibꝰ: ſ; in cordibꝰ.
Vñ illa vox eſt: ſcd̄m multitudinē do-
lorū meorū i corde meo. Nō eni ait in
corpe meo. Sꝫ rurſus qm̄ cogitātur
immutabilia diuina pmiſſa. et q̄ ait
apſus. nouit dn̄s qui ſūt eius. quos
eni pſciuit et pdeſtinauit cōformes fie-
ri imaginis filij ſui. ex eis pire nullus
pt: ideo ſequit̄ in illo pſalmo. cōſolacō
nes tue letificauert̄ animā meā. Dolor
aūt ipe qui fit i cordibꝰ piorū quos p
ſecūtur mores xp̄ianorū malorū ſiue
falſoꝝ pdeſt dolētibus. qm̄ de carita
te deſcendit: quia eos pire nolūt. nec
impediē alioꝝ ſalutē. Deniq; magne
cōſolacōes ſūt etiā de correctōibꝰ eorū
q̄ piorū animas tāta iocūditate pfun
dunt: quātis doloribus de ſua pdicō-
ne cruciauerūt. Sic in hoc ſeculo de
numero pſecucōnū in hijs diebꝰ ma-
lis non ſolū a tēpore corpalis pſentie
xp̄i et apoſtolorū eius. ſed ab ipo abel
quē pmū iuſtū impius frater occidit.
et deinceps uſq; in huius ſeculi finē.
inter perſecucōes mundi. et conſolacō
nes dei. pegrinādo pcurrit eccleſia.

¶ Ca. lij.

Proinde ne illud qui-
dē temē puto ēē dicēdū ſiue cre
dendū. qd̄ nōnullis viſuz ē vel videt̄.
nō amplius eccleſiā paſſurā pſecucōes
uſq; ad tēpus ātixp̄i: q̄ꝫ qd̄ iā paſſa ē
id ē decima. aut vndecima. eadeq; no-
uiſſima ſit ab antixp̄o. Primā quippe
cōputāt a nerone q̄ facta eſt. ſecundā
a domiciano. a traiano terciā. quartā
ab antonino. a ſeuero quintā. ſextā a
maximino. a decio ſeptimā. octauā a
valeriano ab aureliano nonā. decimā
a dyocleciano et maximiano. Plagas
eni egipciorū qm̄ decē fuerunt anteq̄ꝫ
exire inde incipet populus dei putāt
ad hunc intellectuz eſſe referendas:
ut nouiſſima antixp̄i perſecucō ſimilis
videatur vndecime plage qua egi-
ptij dum hoſtiliter pſequerentur he-
breos. in mari rubro populo dei p ſic-
cum tranſeunte perierunt. Sed ego
illa re geſta in egipto iſtas perſecu-
cōnes prophetice ſignificatas eſſe nō
arbitror: quāuis ab eis qui hoc pu-
tant exquiſite et ingenioſe illa ſingu-
la hijs ſingulis comparata videan-
tur non prophetico ſpiritu ſed conie-
ctura mentis humane: que aliquan-
do ad verum peruenit. aliquando fal-
litur. Quid enim qui hoc ſentiunt
dicturi ſunt de perſecutione qua ipſe

dominus crucifixus eſt? In quo eã nu
mero poſituri? Si autẽ hac excepta
exiſtimant eo ꝑ tãdũ tãq̃ ille numerã
de ſint q̃ ad corpus ꝑtinent non q̃ ip
ſum caput eſt appetitũ ꝛ occiſum: quid
agent de illa q̃ poſtea q̃ xp̃us aſcen=
dit in celum iherosolimis facta ẽ. ubi
beatus ſtephanus lapidatus eſt. ubi
iacobus frater iohãnis gladio truci
datus. vbi apoſtolus petrus vt occi=
deretur incluſus ꝛ p angelũ liberatus.
ubi fugati atq̃ diſpſi de iherosolimis
fratres. vbi ſaulus qui poſtea paul9
apoſtolus factus eſt vaſtabat eccle
ſiam. vbi ipſe q̃ȝ iam fidẽ quã pſeque
batur euangeliſans q̃lia faciebat eſt
paſſus ſiue p iudeã ſiue p alias gẽtes
quacunq̃ȝ xp̃m feruentiſſimus predi
cabat? Cur ergo eis a nerone videt'
ordiendum cũ ad neronis tempa in=
ter atrociſſimas perſecucões de quib9
nimis longũ eſt cuncta dicẽ ecclesia
creſcendo peruenerit? Quod ſi a regi
bus factas perſecucões i numero ex=
iſtimãt eẽ debẽ: rex fuit herodes q̃ etiã
poſt aſcenſũ domini grauiſſimã fecit.
Deinde quid reſpondẽt etiam de iulia=
no: quẽ nõ numerant in decem? An ip
ſe nõ ẽ eciam perſecutus: qui xp̃ianos
liberales lrãs docere ac diſcere vetuit?
Sub quo valẽtinianus maior q̃ poſt
eum tercius imperator fuit. fidei xp̃ia
ne confeſſor extitit. militiaq̃ȝ p̃uatus
ẽ: ut omittã q̃ apud antiochiã facere
ceperat. niſi vnius fideliſſimi ꝛ cõſtãtiſ
ſimi iuuenis qui multis vt torquẽnt'
app̃henſis per totũ diem p̃mus eſt tor
tus. inter vngulas cruciatuſq̃ȝ pſallẽ
tis libertatẽ atq̃ȝ hilaritatem miratus
horruiſſȝ. et in ceteris deformius erube
ſcẽ timuiſſȝ. Poſtremo nr̃a memoria
valens ſup̃dicti valentiniani frater
arrianus. nõne magna pſecucõne p
orientis ꝑtes catholicã vaſtant eccle
ſiã? Quale eſt autẽ non cõſiderare ec=
cleſiam p totũ mũdũ fructificãtẽ atq̃ȝ
creſcentẽ. poſſe in aliquib9 gentibus
pſecucõnẽ pati a regib9. et qñ in aliis
non patitur: niſi forte non eſt pſecucõ
cõputãda. qñ rex gothoꝝ in ipſa go
thia pſecutus ẽ xp̃ianos crudelitate
mirabili. cũ ibi nõ eſſent niſi catholici.
quoꝝ plurimi martirio coronati ſũt.
ſicẽ a quibuſdã fratrib9 q̃ tũc illic pu
eri fuerant ꝛ ſe iſta vidiſſe incũctãter
recordabãtur audiuimus? Quid mõ
in pſide? Nonne ita in criſtianos fer
buit perſecucõ. ſi tñ iam quieuit: ut fu=
gientes inde nõnulli vſq̃ȝ ad romana
opida puenirẽt? Hec atq̃ȝ huiuſmo
di michi cogitanti: nõ videtur eſſe dif
finiẽdus numerus pſecucõnũ quib9
exerceri oportet eccleſiaȝ. Sȝ rurſus
affirmaẽ aliq̃s futuras a regib9 p̃ter
illã nouiſſimã de q̃ nullus ambigit cri
ſtianus: nõ minoris ẽ temeritatis. Ita
q̃ȝ hoc in medio relinquimus. neutrã
ꝑtem queſtõnis huius aſtruentes: ſi=
ue deſtruentes: ſȝ tm̃mõ ab affirman=
di quolibȝ hoꝝ audaci pſũpcõe reuo
cãtes ¶ Ca. liii.

Illam ſane nouiſſimã perſecucõnẽ q̃ ab
antixp̃o futura ẽ: p̃ſentia ſua ipe extin
guet ihesus. Sic enim ſcriptum eſt q'
eum interficiet ſpũ oris ſui: et euacua
bit illuminacõe p̃ſentie ſue. Hic que=
ri ſolet qñ iſtud erit: importune omni=
no. Si eni hoc nobis noſſe pdeſſet: a q̃
meliuſ q̃ ab ipſo deo magiſtro inter
rogantib9 diſcipulis diceretur? Non
eni ſiluerunt inde apud eũ. ſȝ a p̃ſente
queſierũt dicentes. Domine: ſi hoc tẽ
pore repſentabis regnũ iſrahel? At il
le. nõ ẽ inquit veſtrũ noſſe tempora q̃
pater poſuit in ſua ptãte. Nõ vtiq̃ȝ illi
de hora vel die vel anno ſȝ de tẽpore in=
terrogauerãt: qñ iſtõ accepere reſpõ
ſum. Fruſtra igitur annos q̃ remanẽt
huic ſeculo putaẽ ac diffiniẽ cona=
mur. cũ hoc ſciẽ nõ eſſe noſtrũ ex ore

veritatis audiamus· quos tamē alij
quadringentos alij quingentos· alij
etiam mille ab aſcenſione domini uſq;
ad eius vltimum aduentū compleri
poſſe dixerūt. Quēadmodū aūt quiſ=
q; eorū aſtruat opinionē ſuam· lon=
gum eſt demonſtrare: et nō neceſſari=
um. Coniecturis quippe vtūtur hūa=
nis: nō ab eis certū aliquid de ſcriptu
re canonice auctoritate pfert'. Omi=
um vero de hac re calculantiū digitoſ
reſolui et quieſcere iubet ille qui dicit.
nō eſt veſtrū ſcire tēpora que pater po
ſuit in ſua poteſtate. Sed hec q2 euā=
gelica ſententia eſt· mirū non eſt nō ea
repreſſos fuiſſe deorum multorū fal=
ſorumq; cultores· quo minus finge=
rent demonū reſponſis quos tanquā
deos colunt diffinitū eſſe: quanto tē=
pore māſura eſſet religio xpiana. Cū
eni viderent nec tot tantiſq; pſecucō
nibus eam potuiſſe conſumi· ſed hijs
potius mira incrementa ſumpſiſſe: ex=
cogitauerunt neſcio quos vſus gre=
cos tanq̄ conſulenti cuidam diuino
oraculo effuſos· vbi xpm quidē ab
huius tanq̄ ſacrilegi crimine faciūt
innocentē. petrum autē maleficio fe=
ciſſe ſubiungūt· ut coleretur xpi no=
men per trecentos ſexaginta quinq;
annos: deinde cōpleto memorato nu
mero annorū· ſine mora ſumere finē.
O hominū corda doctorū· o ingenia
literata digna credē iſta de xpo que
credere vultis in xpm: q2 eius diſci=
pulus petrus ab eo magicas artes nō
didicerit· ſed ipo innocente tamē ei9
maleficus fuerit· nomēq; illius q̄ ſuū
coli maluerit magicis artibus ſuis·
magnis laboribus et periculis ſuis poſtre
mo etiā effuſione ſanguinis ſui. Si pe=
trus maleficus fecit ut xpm ſic diligēt
mundus: quid fecit innocens criſtus
ut eum ſic diligeret petrus? Reſpon=
deant igitur ipſi ſibi· et ſi poſſunt intel
ligant illa ſuperna gratia factū eſſe ut
propter eternā vitā xpm diligeret mū=
dus qua gratia factū eſt ut et propter
eternā vitā ab illo accipiendā· et uſq;
ad temporalē mortē pro illo patiendā xpm
diligeret petrus. Deinde iſti dij q̄ ſūt
qui poſſunt iſta predicē· nec poſſunt
auertere ita ſuccūbentes vni malefi=
co· et vnius celeri magico· quo puer
ut dicunt anniculus occiſus et dilani=
atus et ritu nephario ſepultus eſt· ut
ſectam ſibi aduerſariā tam prolixo
tempore conualeſcere· tot tantarūq;
pſecucōnū horrendas crudelitates
non reſiſtendo ſed patiendo ſupera=
re· et ad ſuorum ſimulacrorū templo=
rū ſacrorū oraculorū euerſionē puen
re permitterent? Quis poſtremo eſt
deus non noſter vtiq; ſed ipſorū· qui
vel illectus tanto ſcelere vel impulſuſ
eſt ita preſtare? Non eni alicui demo=
ni ſed deo dicunt illi verſus· hoc petrū
arte magica definiſſe. Talē deū habēt:
qui xpm nō habent. Ca· liiij.
Hec atq; huiuſmōi multa colligerē:
ſi nōdū annus iſte trāſiſſet quē diuina
tio ficta promiſit: et decepta vanitaſ
credidit. Cum vero ex quo nominis
criſti cultus per eius in carne preſen=
tiam et p apoſtolos inſtitutus eſt an=
te aliquot annos anni trecenti ſexa=
gintaquinq; completi ſunt: quid ali
ud querimus vnde iſta falſitas refel
latur? Ut enim in criſti natiuitate hu
ius rei non ponamus initium· quia in=
fans et puer diſcipulos non habebat·
tamē quādo habē cepit procul dubio
tunc innotuit p eius corporalē pſenti=
am doctrina et religio xpiana· id eſt
poſtea q̄ in fluuio iordane miniſterio
iohānis ē baptizatus. Propt' hoc eni
de illo prophetia illa pceſſerat· dn̄abitur
a mari uſq; ad mare et a flumie uſq; ad

terminos orbis terre: ſʒ qm̄ priuſq̄
paſſus eſſet. et reſurrexiſſʒ a mortuis.
nondum fides om̄ibus fuerat defini=
ta. in reſurrectōne quippe xp̄i diffini=
ta eſt. nam ſic apoſtolus paulus athe
nienſibus loquitur dicens. iam nunc
nunciat hom̄ibus. om̄es vbiqʒ agere
penitenciā. eo ꝙ ſtatuit diem iudica=
re orbem in equitate in viro quo defi=
niuit fidem om̄ibꝫ reſuſcitans illum a
mortuis. melius in hac queſtione ſol=
uenda inde initium ſumimus: p̄ſer=
tim quia tunc datus eſt etiam ſpiritus
ſanctus. ſicut eū dari poſt reſurrecti=
onem criſti oportebat in ea ciuitate
ex qua debuit incipere lex ſecūda. hoc
eſt teſtamentū nouū. Prima enī fuit
ex monte ſyna per moyſen: quod te=
ſtamentū dicitur vetus. De hac autem
que per criſtuʒ danda erat: predictū
eſt. Ex ſyon lex prodiet. et verbū dn̄i
ex iheruſalem. Vnde et ip̄e per om̄es
gentes dixit predicari oportere ī no=
mine ſuo penitentiam: ſed tamen inci
pientibus ab iheruſaleʒ. Ibi ergo ex
orſus eſt huius nominis cultus: ut in
criſtū iheſum qui crucifixus fuerat et
reſurrexerat. crederetur. Ibi hec fides
tam inſignibus inicijs incanduit. ut
aliquot hominū milia ad criſti nomē
mirabili alacritate cōuerſa. venditis
ſuis rebus ut egenis diſtribueren=
tur. p̄poſito ſancto et ardentiſſima ca
ritate ad paupertatē voluntariā per
uenirent. atqʒ inter frementes et ſan
guineʒ ſitientes iudeos ſeu uſqʒ ad
mortē pro veritate certaē. non arma
ta potentia. ſʒ potentiore patientia p̄=
pararent. Hoc ſi nullis magicis arti
bus factum eſt cur credere dubitāt.
eadē virtute diuina per totum mūduʒ
id fieri potuiſſe qua hoc factū eſt. Si
autem ut iheroſolimis. ſic ad cultum
nominis xp̄i accenderetur tanta ho=
minum multitudo que illum in cruce
vel fixerat prenſuʒ vel riſerat fixū. iam
maleficiuʒ illud fecerat petrus: ex ipſo
anno querendum eſt quando trecē=
ti ſexaginta quīqʒ completi ſint. Mor
tuus eſt ergo criſtus duobus gemi=
nis conſulibus octauo kalendas a=
prilis. Reſurrexit tercia die: ſicut apo
ſtoli ſui etiam ſenſibus probauerūt.
Deinde poſt quadraginta dies aſcē=
dit in celum. poſt decē dies id eſt quī=
quageſimo poſt ſuam reſurrectōneʒ
die miſit ſpiritum ſanctuʒ. Tunc tria
milia hominū apoſtolis cum predicā=
tibus crediderunt. Tunc itaqʒ nomi=
nis illius cultus exorſus eſt ſicut nos
credimus. et veritas habet efficacia
ſpiritus ſancti: ſicut autem finxit va=
nitas impia vel putauit: magicis ar=
tibus petri. Paulopoſt etiam ſigno
mirabili facto. quādo ad verbum ipſi=
us petri quidam mendicus vb vtero
matris ita claudus ut ab alijs porta=
retur et ad portam templi vbi ſtipem
peteret poneretur. in nomine iheſu xp̄i
ſaluus exiliuit: quinqʒ milia hominuʒ
crediderūt. Ac deinde alijs atqʒ a=
lijs acceſſibus credentium creuit ec=
cleſia. Ac per hoc colligitur etiam di=
es. ex quo annus ipſe ſumpſit initiū.
ſcʒ quādo miſſus eſt ſpiritus ſanctus:
id eſt per idus mayas. Numeratis p̄=
inde conſulibus: trecenti ſexaginta=
quinqʒ anni reperiūtur impleti. per eaſ=
dem idus conſulatu honorij et euthiti=
ani. Porro ſequēti anno conſule theo
doro. quando iam ſecundū illud ora=
culum demonū ac figmentū hominuʒ
nulla eſſe debuit religio xp̄iana: quid
per alias terrarū partes forſitan fa=
ctum ſit. nō fuit neceſſe perquirere. in
terim ꝙ ſcimus in ciuitate notiſſima
et eminētiſſima cartagīe affrice gau
dentius et iouius comites imꝑatoris

honorij quartodecimo kalendas a-
prilis falſoꝝ deoꝝ templa euerterũt:
et ſimulacra fregerunt. Ex quo vſq;
ad hoc tempus per triginta ferme an
nos quis non videat quantum creue
rat cultus nominis criſti: preſertim po
ſtea ꝙ multi eoꝝ criſtiani facti ſunt.
qui tanꝙ vera illa diuinacõne reuoca
bantur a fide. eamq; completo eodẽ
numero annorum inanẽ ridendamq;
viderunt. Nos ergo qui ſumus vo-
camurq; criſtiani. non in petruz credi
mus. ſed in quem credidit petrus: pe-
tri de criſto edificati ſermonibus non
carminibus venenati. nec decepti male
ficijs: ſed beneficijs eius adiuti. Ille
petri magiſter criſtus in doctrina q̃
ad vitam ducit eternam: ipſe eſt ma-
giſter noſter. Sed aliquãdo iam cõ
cludamus hunc librum hucuſq; diſ-
ſerentes. et quantũ ſatis viſũ eſt de-
monſtrãteſ. quiſnam ſit duaꝝ ciuitatũ
celeſtis atq; terrene ab initio vſq; in
finem permixtaꝝ mortalis excurſus
Quarum illa que terrena eſt fecit ſibi
quos voluit. vel vndecunq; vel etiam
ex hominibus falſos deos: quibuſ ſa
crificãdo ſeruiret. Illa autem que ce-
leſtis peregrinatur in terra. falſoſ de
os non facit: ſed a vero deo ipſa fit: cu
ius verum ſacrificiũ ipſa ſit. Ambe ta-
men temporalibus. vel bonis pariter
vtuntur vel malis pariter affligunt̃:
diuerſa fide. diuerſa ſpe. diuerſo amo
re: donec vltimo iudicio ſeparẽtur. et
percipiat vnaqueq; ſuuz finem. cuius
nullus eſt finis. De quibus ambaruz
finibus deinceps diſſerendum eſt.

Explicit liber decimuſoctauꝰ